



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 48. Fœderatorum postulata Regi proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„querelas de perverso rerum statu, & Sæcul. XVI.
 „vexationibus id ego, ad quem propius A.C. 1588.
 „res pertinet, plusquam alius quivis
 „doleo, ac summopere mihi molestum
 „accidit: eapropter decrevi, generalia
 „Regni comitia ad decimam quintam
 „Augusti diem indicere, in quibus de
 „instaurando Reipublicæ statu, & de
 „iis corrigendis, quæ prave irrepse-
 „runt, libere more Majorum salva
 „semper Regis dignitate, & auctoritate,
 „ad populi levamen agetur, quæque in
 „iis decreta fuerint, religiose, & infal-
 „libiliter deinceps servabuntur, & exe-
 „cutioni demandabuntur, ita, ut nulla
 „gratia, aut alio respectu iis derogari
 „possit: insuper rationes ineantur, qui-
 „bus saluti Catholicorum, & securitati,
 „ne a sectariis olim opprimantur, ex
 „trium ordinum sententia consulatur,,

His prolatis postea die vigesima se-
 ptima Maji regium diploma coram Se-
 natu promulgari jussit, vi cujus triginta
 quinque, aut omnino quadraginta e-
 dicta, ut vocant, fiscalia annis prio-
 ribus publicata revocabat.

§. XLVIII.

*Fœderatorum postulata Regi
 proposita.*

Circa Espernonium Ducem, & Valet-*Thuan. l. 91.*
 tam ejus Fratrem Rex fœderatis

Oo 4

spo-

Sæcul XVI.
A. C. 1588.

spondit, se in hac causa, quod iustum, æquumque erit, facturum, cunctisque manifestaturum, quod omnibus privatis commodis publicam utilitatem præferre intentus sit. His dictis paulo post Deputatos reverti iussit, quibus discedentibus, cum stabiliendæ paci maximum obstaculum submotum crederetur, serio cum fœderatorum Ducibus de concordia agi cæptum, qui etiam post crebras consultationes tandem in hos articulos, quos scripto tradiderant, consenserunt. I. Ad unionem inter Catholicos, cujus Rex caput est, pro Religionis Catholicæ Apostolice Romanæ defensione fanciendam universi subditi Sacramento adigantur, iique spondeant, se vitam, fortunas pro Regni, Regisque salute, dignitate, ac auctoritate, regionumque liberorum, quos suscepturus esset, bono impensuros. II. Polliceantur omnes, se bellum ad extirpationem Sectariorum gesturos, omnique ratione impedituros, ne quis Princeps Sectarius, aut de peste illa suspectus ad regnum admitteretur, quamvis jure Successionis legitimo vocaretur. III. Rex, ejusque subditi populi patrociniū Catholicorum Principum, & omnium, qui huic fœderationi pro Religione nomen ab initio dederant, contra Sectarios, eorumque fautores
fufci-

Sæcul. XVI.
A. C. 1588.

fufcipiant. IV. Rex capita ea de re confi-
cienda jurejurando confirmet, curet-
que, ut ad eorum observationem regii
Senatus affeffores, supremæ Regni
Curia, equites torquati, Præfecti pro-
vinciarum, Castellorum, & alii mili-
tares Duces, civitatum univerfitates,
ac Collegia Sacramento obligentur. V.
Urbes securitatis cauffa antea traditas
fœderati intra sexennium Regis per-
miffu retineant. VI. Aliæ Urbes, quæ
jam fœderi nomen dederunt, aut dein-
ceps ante negotii hujus definitionem da-
bunt, penes Regis patrociniū ma-
neant, ita, ut nihil in eis innovetur,
nec præteritorum ratione in pofterum
ulla oppidanis fiat moleftia. VII. Tunc,
fi accidat oppofitum, liceat Principibus
Urbium illarum justis querelis fuas pre-
ces jungere, & pro earum falute, ac
privilegiorum confervatione apud Re-
gem partes fuas interponere. VIII.
Præterea ut earum Urbium securitati
confulatur, fi intra prædictum tempus
contingat, Præfectos illarum decedere,
alii Præfecti a Principibus Catholicis
Regis concessione præficiantur. IX.
Concilium Tridentinum in Franciæ Re-
gno promulgetur, & obfervetur. X.
Rex fœderibus initis cum Principibus,
& nationibus feftaria peste infectis re-
nuntiet, & fufceptum nuper quarum-

Sæcul. XVI.
A. C. 1588

dam Urbium, quæ Sectariis pro receptaculo erant, patrocinium deserat. XI. Bona Sectariorum sine fraude quamprimum publicentur, ac pecunia ex iis proveniens in belli sumptus expendatur. XII. Duo omnino exercitus instruantur, quorum primus in Pictones Duce Guisio per Regis absentiam, ac alter in Allobroges Duce Maduano sine mora mittatur.

Postea Rex Carnuto Rothomagum contendens Thuanum Præsidem eo præmittebat, ut is hujus Urbis Senatam, civesque Regi suo conciliaret, qui etiam ad preces Joannis Emerii Villerii, qui apud Rothomagenses ipso Thuano majori auctoritate pollebat, solemnem Legationem decernebant, Regi supplices, ut ipsorum urbem accedere vellet: ergo Rex Rothomagum ingreditur, ibidemque Villaregium Fœderatorum mandatis instructum excipit: mox vero horum postulata, prout Guisius Dux a Rege postulaverat in Senatu, fuere examinata.

§. XLIX.

*Edictum Mense Julio editum circa
Sacrum fœdus adversus
hæreticos.*

Thuan. l. 91. Ceterum in articulis, qui inter Re-
Davil. t. 1. ginam Matrem, Borbonium Car-
l. 9. p. 616. dina-